

05

A

2263



Q. D. B. V.
DISCURSUS INAUGURALIS
De
DOMINIO
REVOCABILI,

Quem
AUTORITATE
MAGNIFICI AC NOBILISSIMI JC. ORDINIS
IN ALMA LEUCOREA
PRÆSIDE
VIRO

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, EXCELLENTISSIMO,
ATQVE CONSULTISSIMO,

DN. CHRISTOPHORO RITTERO,

J. U. D. INCLYTÆ FACULTATIS JURIDICÆ ASSESSORE
GRAVISSIMO, CURIÆ ELECTORALIS, NEC NON
CONSISTORII ECCLESIASTICI ADVOCATO
ORDINARIO, &c.

PATRONO AC PROMOTORE SUO ÆTERNUM
HONORANDO

PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS
RITE AC SOLENNITER CAPESSENDIS
PUBLICO EXAMINI SISTIT

FRANCISCUS WILCKA *Schweser*
CURIA-NARISCUS.

IN AUDITORIO MAJORI,
HORIS ANTE- ET POMERIDIANIS,
AD DIEM XVI. OCTOBR.

WITTEBERGÆ, Literis MICHAELIS MEYERI, Ann. 1669.



05 A 263





SACRI. ROMANI. IMPERII.

LIBERÆ. CIVITATIS. SWINFUR-
TENSIS.

PATRIBUS. CONSULIBUS.

AC. SENATORIBUS. VENE-
RANDIS.

VIRIS.

NOBILISSIMIS. MAGNIFICIS.
ET. CONSULTISSIMIS.

DOMINIS. AC. PATRONIS. MEIS
OBSEQUIOSE. COLENDIS.

(a)

Indi.



Ndignabimi.
ni fortè, VIRI
MAXIMI,
quod pagellis
istis decus ali-
quod ex Vestri Nomi-
nis Amplitudine mutuari
præsumo? Sed habet id sti-
muli Literarum amor, ut
quoscunque ad se rapiat,
& vel ignotis suum impri-
mat affectum, qui, ubi se-
mel excitatus, nullo terra-
rum spatio terminatur, aut
locorum circumscribitur
interstitiis. Et ille quidem,
ut & Vos alloquar liberiùs,
me

me allexisse cum primis vi-
detur. Quamquam enim fa-
tius fuisset, nunquam curas
has, quas publico splendide
juxta ac sollicitate consecra-
tis, temere interpellasse, ve-
strum tamen, quod in The-
midem abunde pronum est,
patrocinium audaciam, (si
qua forte fuerit,) excusabit
facile, atque diluet. Consiliis,
authoritate, prudentia, Rem-
publicam gubernare, auge-
re, tueri: id verò opus est pul-
chritudine sua Rectoribus
conueniens, sed Vestrae quo-
que sollicitudini proprium.

Miscet

Misceat huic præfidiū suum
Iurisprudētia, & ut splendeat
magis, efficit. Vel ipso igitur
nomine molliorem scripti-
oni meæ apud Vos aditum
auguror, quò penitus ex Iu-
ris nostri latifundiis ea con-
cinnata est. Accipite illam,
quâ soletis alia à Clientibus
porrecta, fronte facili, & me
posthac VESTRIS Cultoribus
adscribi patiamini. Vos in-
terim DEUS Reipublicæ
bono superstare clemen-
tissime sinat! Valet.

Scripsi Witt. d. 24. Octob.
A.O.R. c1c lbc LXIX.

Amplissimi Vestri Nominis
VIRI MAXIMI
devotus Cultor,
FRANCISCUS VVILCKA
Schwefer.



Cum Deo!

THESIS I.



Vemlibet suæ rei arbitrium ac moderatorem esse, & concors ferè Juris authoritas (a) & quotidiana hominis de re suâ dispositio, abunde comprobant. At verò non usquequaq; libera hæc disponendi ratio, sed circumscripta maxime conspicitur. Scilicet maturè sistere maluit hoc arbitrium Majestas, quàm permittere, ut abusus ejus exundet in publicum. Prodigus nullum hæctenus designavit delictum, nisi quod de facultatibus suis inconsultius dispensavit: (b) accedit Lex, & curatorem præficit, (c) ne in res suas ampliùs sæviat pro lubitu. Inde citra auspiciu hujus aut pacisci, aut adstringere sese aliis prohibetur, (d) parùm à furioso distans. (e) Pupillum, quòd impos consilii esset, tutoris prudentiâ regi Majestas voluit, (f) saltem ut evitaret, quod absq; hoc contracturus esset sibi, fortunarum dispendium. Cave tamen hinc neges, prodigum ac pupillum, vel similes illis, veros rerum suarum esse domi-

(a) L. 11. C. mand.

(b) L. 1. ff. de cur. furios.
(c) tot. tit. ff. & C. de cur. fur.

(d) L. 6. de V. Obl. L. 10. de R. I.

(e) DD. LL.
(f) tot. tit. ff. de author. tut.



g(Dn.Hahn
ad Wesenb.
ad tit. ff de
A.R.D. n. 3.
Magnif.DN.
D.ZIEGL. in
Not.ad Grot
L. 2. cap. 3.
§. 5. p. 245.
h)Dn.Hahn
& DN. ZIE-
GLER. dd. ll.
(i) Magnif.
Dn. Strauch
diff. ad *πavδ*.
6. th. 6. & de
Imp. Maris,
cap. 2. C. 1.
(k) Eleg.
Wiesem-
bach. ad L.
205. de Reg.
jur. §. 1. &
seqq.

nos. Effectus tantum impeditur, ipsa non ex-
tinguitur proprietas. Sive liberè, sive restri-
ctè de re disponas aliquà, non statim ad domi-
nium pertinges. Quin ita forsàn, quos vel Con-
ventio, vel Lex disponere de re jubet, in clas-
sem dominorum evehes, invitâ (g) Jurispru-
dentiâ, quæ tantum abest, ut tutori, aut procu-
ratori dominandi jus tribuat, ut potiùs admi-
nistros hos esse malit. Dummodò ne jure,
quò propria mihi res est, destituar, fat habeo
dominii. (h) Hoc namq; solum essentiam ejus
ingreditur, hoc rationis, quam vocant, forma-
lis vicem sustinet (i).

Th. II. Sed & ipse privatus rebus suis,
quas moderatur, dicere legem quàm frequen-
tissimè solet. Traditur sæpè res alteri, sed cu-
jus dominium aut tempore, aut aliâ revoca-
toriâ qualitate transferens circumscribit. Un-
de ortum, ut res nostræ non omnes eòdem ju-
re dici nostræ cœperint; aliis optimò, aliis lu-
bricò ac fragili jure penes nos extantibus (k).
Atq; has quidem, quarum dominium perpe-
tuum habemus, illas, quæ ex casu à nobis avo-
cari possunt, definiri consuevit. Inde natales
hi **DOMINII REVOCABILIS** excitantur.
Cujus quidem si exaudias nomen, simul effor-
mabis conceptum ex facili. Nempe duplex
is est; Communis alter, & dominium exhibet,
alter Proprius, & qualitatem revocabilem, sive
ex contractu, sive ultimâ voluntate, sive ali-
unde

unde dependentem proponit. Itaq; formam eidem ne deneges dominii. Quæ circumstant illud, diminutum habendi modum arguunt, cæterum in se dominii nihil detrahunt essentialiæ (l). Aliud namq; est res, aliud rem habendi modus (m). Sanè tempus, extrinsecum accidens, intimam dominii constitutionem non penetrat. Nihil enim de essentiali ejus, ut de genere, participat, nihil specifici eidem superaddit. Si quid est, quod præstet, diuturnitas crit: hæc unum alterò antecellere dominium potest, paritate effectuum utrobiqu; salvà.

Th. III. Quæ omnia juris principiis quàm optimè consonant. Paciscatur licet centies venditor, se tempore præstitutò ab emptore repetiturum rem, quam tradiderat: emptor dominus censebitur, nec minùs & actus, quos jure dominii revocabilis exercuit interim, subsistent (n). Sic & Emptio Lege commissoria facta perfecta putabitur, licet resolvatur, si defecerit conditio (o). Nec infirmantur, quæ, in quantum utile admittebat dominium, Emphyteuta gessit, ut illud à se discesurum aliquando, benè nôrit. Itemq; fundi sub conditione relicti, pendente eâ verus hæres Dominus est, adeò ut vindicare à quòcunq; & alienare eum possit, tametsi nihil actum fuisse fingat enata conditio (p). Eò ampliùs non denegabis Titio, qui bonâ possidet fide, dominium, licet hoc superveniens exspirare faciat evi-

A 3

ctio

(l) Conf. Sam. Pufendorf. Elem. Jprud. L. 1. def. 5. §. 3.
(m) Vid. Grot. L. 1. de J. B. & P. c. 3. n. 23.

(n) L. 2. C. de pact. int. empt. & vend.
(o) L. 1. de Lege commiss.

(p) L. 69. §. 1. L. 82. de Leg. 1.

(q) L. 48. de ctio (q). Usque adeò non mutat naturam rei,
A.R. D.

quicquid ex accidenti eidem postea supervenit, nec idem illico temporario juri denegabitur effectus, quem perpetuum emolitur. Egre-

(r) L. 66. de giè Paulus (r): *Non ideo minus rectè quid nostrum esse vindicabimus, quod à nobis abire dominium speratur.* Ast quem, nisi domini effectum, arguit vindicatio (s). Idem Pompo-

(s) L. 23. d. tit. & passim. nius censet, dum, quæ discessura à nobis sunt, eò loco ac jure interim, ac si perfectè fruermur iis, habenda esse, quàm concinnè docet

(t) L. 205. de Reg. Jur. (t). Neq; his Gajus alibi (u) repugnat, quem ego non tam effectum ipsum revocabilis Do-

(u) L. 139. §. 1. d. t. Add. L. 51. eod. minii, (quod quidem videbitur,) quàm revocationis eventum, quasi anticipando respexisse, auguror. Quamquam autem species benè multas revocabile sub se complectatur dominium, intra præcipuas tamen, misis nunc reliquis, noster subsistet labor.

Th. IV. Jamq; substratis hisce, primùm ad DOMINIUM, quò Maritus in re dotali, sed revocabili jure gaudet, progredimur. At verò multa hinc Doctorum inspectio rem intricatam maximè reddidit. Plures eò devenère, ut si non explicitè, certè vi ipsà Marito omne circa dotem jus adimendum autument, veriti fortè, ne nimium detraherent uxori, cui dotem Romana passim attribuit Legislatio. Nobis omninò rectè sentiendum, & quid utrobique veri lateat, detegendum paucis est. Nempe

pe

pe cūm domini effectus satis se prodant in Ma-
 rito, vix dubitare licebit, quin verum hunc dota-
 talis rei dominum vocare possis ac debeas. Vin-
 dicat rem à possessore non nisi dominus (w). At-
 qui & Marito hoc tribui, Imperatorum rescri-
 ptum alibi evidentissimè arguit (x). Idq; adeò
 extendit Jctorum interpretatio, ut vel contra
 ipsam uxorem in rem actionem concedere non
 erubescat (y), manifesto indicio, Maritum rei
 dotalis dominum verè acquisivisse. Sed nec
 putandum, quod inhabilis adeò causa dotis sit,
 ex quâ dominium in Maritum transire nequa-
 quam possit; quippe cūm Imperator ipse cate-
 ris acquirendi causis annumerare dotem haud
 vereatur (z), satis gnarus, illam reliquarum ex-
 emplò ad transferendum dominium aptam
 non minus atq; habilem existimari. Et quā mu-
 lier rem alienam, sed bonâ fide Marito in dotem
 tradens transferre jus usucapiendi posset (a),
 aut quò colore re deperditâ Publiciana Marito
 competeret actio (b), nisi habilem dotis causam
 cum LL. supponas ac statuas? Quid quod à Lege
 Marito fundi dotalis interdicitur alienatio (c)?
 Quæ res argumento infervit, Mariti dominium
 sic satis verum esse, quod aliàs hōc interdictò ha-
 ctenus non fuisset opus. Et sit licet Mariti jus
 cūm maximè restrictum, inde tamen domini-
 um illi non denegabitur; quia & cancellis cir-
 cumscriptum dominium nihilominus domi-
 nium manet, exercitiò hactenus tantum suffla-
 mina-

(w) §. 1. I. de
 Action. L.
 14. L. ult. de
 Exc. rei jud.
 L. 23. pr. de
 R. V.

(x) L. 9. C. de
 R. V.

(y) in L. 24.
 ref. amot.

(z) §. 40. I. de
 rer. div.

(a) L. 1. pro
 dote.

(b) L. 3. de
 public. in
 rem act.

(c) §. 1. I.
 quib. alien-
 lic.

(d) Conf. minato, non extincta planè ejusdem essentia (d).
Magnif. Dn. Imò vel hoc ipsò, quod Maritum alienare lex
Struv. S. I. th. prohibet, eundem Dominum intelligi conclu-
Exerc. II. C. des, cum exceptionem sub regulà contineri sit

55.
(e) Conf. Ar- necessum (e).
nold. Vinn. Th. V. Infeliciter in hocce negotiò progre-
ad pr. I. quib. di mihi videtur Donellus (f), qui ad res aestima-
alien. lic. tas duntaxat ac fungibiles Dominium dotale re-
n. 2. Hillig. stringit. Angustò certè limite, quod diffiteri no-
ad Donell. lim, Mariti potestas ita circumscibitur. Quid
L. 15. cap. 4. enim, si abs se idoneum satis titulum ad transfe-
Lit. F. rendum Dominium præbet dotis constitutio, ab

(f) L. 10. objecti conditione, aut contrahentium gestis il-
Comm. Jur. lam determinari erit opus? Explorati juris qui-
Civ. c. 5. dem est, quoties eà fini traditioni adjicitur pre-
tium, ut emtam sibi eò dotem Maritus habeat,

g) L. 10. pr. §. emtionem contractam intelligi (g), nec electio-
§. L. 17. §. 1. nilocum esse, num matrimoniò solutò rem do-
L. 18. de jure talem restituere Maritus malit (h). Estota-
dot. Add. men, illà quasi emtione plenissimè transferri
Ludov. Mo Dominium, nil aliud infertur hinc, quàm quod
lin. Tract. 2. re in aestimato concessà non perpetuum jus Ma-
de I. & I. ritus adipiscatur, illà solutò conjugali nexu ad
disp. 416. n. 7 uxorem rediturà. At verò perpetuitas, sicut

(h) arg. d. L. ad essentiam Domini, (quod superius nota-
10. §. f. d. t. tum,) parùm confert; ita nec auget eam magis,
Conf. Dn. aut perficit. Nec inficias iyerim, in fungibilibus
Frantzk. Tr. rebus versari liberrimè, easvè pro arbitriò suò di-
de Laudem. strahere Maritum posse (i); sed hoc negave-
c. 24. n. 26.

(i) L. 42. de strahere Maritum posse (i); sed hoc negave-
I. dot. rim, Leges maritale Dominium ita restringere
voluis-

voluisse, ut aliàs, si res non fuerit fungibilis, locum eidem dare nollent. Quò fit deniq; , ut admisso Donelli sensu adserendum sit, dominium rei dotalis non aliter transferri, quàm si aut venditio præceserit, aut mutuum fuerit contractum. Quæ quàm egregiè authoritatem juris nostri labefactent, unusquisq; facile intelligit (k).

Th. VI. Sed nec illud admiserim, ut dominium juris dotalis ex parte Mariti cum Vultejò tribuatur (l). Non enim nudam *ἄσιν*, quàm dotem quasi induit Lex, aut jus aliquod, quod à re abstractum fingitur, aut facultatem deniq;, quàm ex constitutâ dote maritus habet, sed ipsum, quod in dotem datur, subjectum hîc intelligimus. Non jus, sed rem ipsam vindicat maritus (m). Non juris, sed rei quæritur marito dominium (n). Et quid si jura dataingas in dotem? Anne tunc dominium juris in jure competiturum marito dixeris? Nil hîc absurdius (o)? Hinc & Roberti conatus in casum abit, dominium marito, proprietatem dotis uxori malè dispensantis (p). Nam & ipsa dominiî natura concipi sine proprietate vix potest, & marito alibi (q) plena dotis adsignatur proprietas. Quin & Joh. Vaudi assertio concidat oportet, quàm usufructuarium tantùm dotis efficere Maritum connititur (r). Sed verò dum fundi usumfructum marito Tryphonus concedit (s), proprietatem tamen eidem

B

non

k) Vinn. d. l.

(l) L. 1. Di-
scept. Scho-
last. c. 19.

(m) L. 9. C.
de R. V.

(n) L. 13. §. 2.
de fund. dot.
L. 23. C. de
I. dot.

(o) Confer.
Magnif. Dn.
Strauch. diff
ad π. 3. th 3.
& 13. Ar-
nold. Vinn.

ad pr. I. d. r.
& nu. Wis-
sembach. ad
L. 30. C. del.
dot. Marcus
Lyclama à
Nyholt L. 7.
Membr. Jur
Eclog. 26.

(p) Libr. 5.
Sent. c. 18. &
L. 3. anim-
advers. c. 9.

(q) L. 78. pr.
de I. dot.

(r) Libr. 2.
Var. Qv. 3.

(s) d. L. 18.
pr. de I. dot.

non denegat, quin potius expresse largitur.

Th. VII. Atque ita quidem sua circa dotem marito perstat authoritas. Sed verò & Uxoris habendaratio est. Nec enim dotem mulieris (r), & mariti respectu alienam esse (u), aut periculum deniq; rei dotalis ad uxorem pertinere Jctis de vano pronunciat. Nimirum non in perpetuum extensa dos, sed ad casum durantis matrimonii restricta erat, quò postea morte vel divortio, (quod Romanis frequentissimè factum,) dissolutò, mariti jus expirabat facilè, & si quod esset uxoris in dote dominium, interceptum tantisper & sopitum illicò revertebatur: Non secus ac dominium illius, qui apud hostes fuit, reditu in urbem; vel ex cujus materià in alieno solo ædificatum fuit, ædificio sublato vires suas exerit, quod durante servitute & ædificio stante videbatur saltem, non reverà autem extinctum sed civili quàdam ratione suspensum erat. Inde factum, ut, cum mox discesurum à marito jus, & spem redeundi certam Jcti respicerent, de maritò, tanquam non-Dominò & rem alienam gerente disserere consueverint (w). Quibus consequens erat, ut si quid extra causam fructuum jure hujus revocabilis domini obligerit marito, re ad non-causam redactà in uxoris sinum recideret, prorsus quasi temper alienum, & mariti nunquam effectum fuisse vide-

(r) L. 75. de
I. dot.

(u) L. 7. §. 6.
sol. matr.

(w) Confer.
Vinn. d. 1.
Bach. ad
Treutl vol.
2. Disp. 7. th.
6. Lit. C. &
vol. 1. D. 15.
th. 2. Lit. B.
Dn. Hahn.
ad Wesenb.
ad tit. ff. de
jure dot. n. 7.

videretur(x). Unde oppidò liquet, quò pactò defendendum fuerit, quod alibi (y) Imperator adserit, nempe subtili tantum jure in mariti dominium dotem videri transivisse. Quæ enim aut subtilitas, aut fictio juris hæc est, effectus domini matrimonio constante exerceri à marito (z).? Quamquam eò dissolutò, Uxor in re dotali jus optimè revocare Justinianum potuisse, haud diffitemur.

Th. VIII. Jam ulterius pedem proferimus, ad dominium, quò bonæ fidei possessor innitur, accessuri. Nimirum adeò hunc, qui in auctoris sui justitiâ confidenter acquiescit, tuetur Lex atque adjuvat, ut pro dominò eundem habere non vereatur (a), quatenus bona fides tantundem in illò, quantum in dominò ipsa rei veritas præstare intelligitur(b). Non alio fine bonâ fide tenenti, si casu aliquò perdidit rem, subvenit Publicius, quàm ut in effectu idem remediò à se inductò obtineat ille, quod vindicando rem dominus fuisset adeptus (c). Atque hinc est, quod omne ex re ipsâ velejus occasione natum emolumentum, Fructuum nomine vulgò veniens, sibi propemodum acquirat, habeatq; Ubi quidem Corasii castra sequi, mihi vix est integrum. Nam quando ille supponit(d), industriales fructus à naturalibus non esse distinctos, quin falsus sit, haud equidem ambigo. Nec melior Copo mens est, omnes, quòcunq; nomine veniant, fructus,

B 2

natu-

(x) L. 7. §. 12. in f. sol. matr. L. 10. §. 1. L. 35. de I. dot. L. 5. L. 7. L. 10. §. 2. L. 7. §. 1. d. t. Add. Magn. Dn. Struv. Exercit. 30. th. 13.

(y) L. 30. C. de I. dot.

(z) Bernh. Sutholt.

Diff. 6. Justin. aph. 47.

a) arg. L. 48. de acqv. rer. dom.

(b) L. 136. de R. I.

(c) §. 4. I. de act. L. 1. & tot. tit. de Public. in rem act.

(d) L. 5. Miscell. Jur. c. 9.

(e) Tract. de
fruct. L. 1.
tit. 2. C. 3.

(g) Rich.
Malcomes.
in Not. ad
Wesemb. tit.
de usur. ac
fr. n. 5. Vinn.
L. 1. Sel. Qv.
C. 2.

(h) Vinn. L.
1. Select. Qv.
c. 25. Add. &
Willemb.
ad L. 12. C.
de R. V.

naturales nuncupari, æquius esse dictitanti (e).
At verò præterquam quod alibi discrimen hoc
agnoscat Pomponius (f), evidenti suâ ratione
satis eminet. Dum enim modò principaliter
Natura locuples, parum vel nihil operâ colo-
ni adjuvante, modò opera magis ac cultura ho-
minum, non seclusò prorsus naturæ adminicu-
lò se sistit in frugibus producendis ac exhibet,
haud de nihilò hanc, quam diximus, fructuum
qualitatem esse, fatendum erit (g).

Th. IX. Usq; adeò igitur non quodcunq;
hominis factum satis est, ut fructum industria-
lem appellites, sed is pro tali habendus de-
mum, qui vix aut nunquam adspexisset lu-
cem, nisi labor hominis accessisset. Ut poma
nascantur, ferenda prius arbor, & hominum
curâ contra vermium pestes & rubiginis mala
defendenda est. At quis in industrialiù censum
capropter illa consciscet temerè? Certè solò
naturæ beneficiò lana producitur, tantùm o-
vium ad villicum transmissâ tonsurâ. Sic &
Vacca munifices mammas, multâ turgidas la-
cte, rusticanis mulierculis emulendas exhi-
bent: sed verò levius hoc factum est, quam
ut è naturalium numerò fructum lactis exi-
mat. At qui fœnum, qui fructus naturalis quo-
que sit, nemo, opinor, negabit. Nec, quod col-
lectionis labor, aut aliud quidpiam requiratur,
ideò in aliud genus transformabitur facilè (h).
Nolim tamen Doctorum ego prorsus asperna-
ri mo-

ri monitum, in denominando fructu judicantis arbitrio concedendum quid esse, arbitrium: scilicet ut is pro qualitate regionis & modo curæ æstimet, naturalis, an industrialis fructus videatur (i).

Th. X. Atq; hæc quam inspeximus hactenus, disquisitio non incommodè inquirendi ansam præbet, an in omnes omninò, tum naturales, tum industriales fructus bonæ fidei usus valeat? Quod quidem in præmissis ferè adseruimus. Dum enim tantundem bona possidenti fides, quod ipsa domino veritas præstare putatur, ultrò sequitur, quoscunq; fructus virtute domini nanciscitur Dominus, præsumtivè talem percipiendo quoque consequi. Parùm certè profit oportet illa fides, si suffultus eâ industriales fructus adipisci tantùm possit, de naturalibus interim haud satis securus. Non sola primas hîc occupat perceptio. Si quid tribuendum illi, modum acquirendi tantùm dixeris, sed verò causæ principaliter concurrentis vicem nequaquam subintrat aut sustinet. Indifferenter se ad utrumq; possessorem nudum perceptionis factum habet, quòd si solum hîc urgeas, bonam fidem in malam transmutes turpissimè. Nec, quia sevit industriales fructus, eos b. f. possessor acquirat, quòd & mala fide detinenti idem tribuendum jus foret, sed quia justam causam, ob quam ad se rem pertinere putat, prætendit.

(i) Menoch.
L. 2. A. I. Q.
cas. 210. nu.
25. Ioh. Gar-
fias de Ex-
pens. c. 23. n.
8. Didacus
Covarruv.
1. Var. Re-
sol. 5. n. 6.

(k) L. 25. de *Graphicè Julianus (k): Omnis fructus non jure se-*
usur.

minis, sed jure soli percipitur. Atqui jus corporis
habet bonæ fidei possessor. Itaq; nil prohibet,
quò minus & fructus ex eò prognatos indistin-
ctè lucretur, malâ fide possidente prorsus ex-
clusò, qui, sicuti jure in solò destituitur; ita nec
ullos fructus aut percipiendo facere suos, aut
consumendo lucrari valet, sed ipsa cum re fru-

(l) §. 35. I. de
Rer. div. L.
22. C. de R. V

ctus quoque, licet consumti sint, restituere te-
netur (l). Certè cum fructuarius naturales
quoque percipiendo suos efficere dicatur, nihil
obstat, quò minus & in nostrò idem adseramus
possessore; quatenus in modò percipiendi, nem-
pe quod in hòc sola separatio, in istò ulterior a-
liquis collectionis actus requiratur, non in ipsà

(m) L. 13.
quib. mod.
ususfr. amitt

perceptione discrimen hætenus delitescit (m).
Th. XI. Omnium apertissimè Paulus, dum
fructus quoscunq; bonæ fidei attribuit empto-
ri (n), naturales hòc ipsò complectitur. Non
habebant eequidem necesse Wissembachius,

(n) L. 48. de
acqv. rer.
dom.

(o) part. 2.
Disp. ad 2
18. th. 22.

(o), Donellus (p), & alii, ut tam generalem vo-
culam ad fructus alterius operâ sotos violentè
restringerent. Nam & ipsa JCTi reclamant in-

(p) Libr. 4.
Comm. c.
25. Lit. H.

tentio, & subjecta ratio hosce satis arguit. Non
excolentium personarum, sed fructuum quali-
tatem proposuit Paulus. Neq; latuit ipsum,
fructus ab aliò sotos ad eum, qui jus corporis
habet, pertinere (q), Itaq; de fructibus diversi
generis ab iis, quos operâ possessoris proveni-
re dixerat, quippe quòd majus circa hos dubi-

(q) L. 25. §. 1.
de usur.

um

um occurreret, respondisse censendus est. Ait porro, quantum ad fructus vice domini possessorem haberi. Atqui utrobique hæc valet ratio, nec uni magis, quam alteri fructuum speciei congruit. Quinimò si bonæ fidei possessor etiam ab aliò factos fructus acquirat, in quos ipse nec operam, nec curam ullam impendit, quantum magis eum naturales, qui curâ ejus si non nascuntur, certè conservantur, facere suos conveniet (r)?

Th. XII. Esto tamen, industriales in operâ levamen possessorem percipere, non sanè hinc sequitur, eò ipsò, quod in naturales impendit nihil, hos ademptos eidem intelligi. Satis illi bona fides consulit, quâ firmiter nixus, tum qui sponte suâ, tum curâ hominis proveniunt fructus, tanquam alter dominus consequitur. Non adæquatè rem intrat hominis procuratio, quâ fructus protegere suos velis, qui malâ fide rem tenet, perfacilè potest. Quin & aliquam naturales fructus curam desiderant (s), sed quæ, ut suos hos faciat possessor, per se nequaquam sufficit. Tantùm quod frequentissimè accidat, ut sine cultu hominis non prodeant fructus, expressisse hunc LL. præsumuntur. Nec aliud velle Imperatorem, si quando ad culturam aut curam provocat (t), mihi cum Vinnio (u) persuasissimum est. Quod si nonnunquam bonæ fidei possessoris naturales fieri negentur, illud extrinsecus & propter impe-

(r) Arnold.
Vinn. d. l. 1.
Select. Qv.
cap. 25. Dn.
Franzk. ad
tit. ff. de Rei
Vindic. nu.
44. & seqq.
Magnif. Dn.
Struve S. I.
C. Exerc. XI.
th. 11. Dom.
Arum. Disp.
8. ad π. th. II.

(s) L. 7. §. 9.
sol. matur.

(t) §. 31. I. de
R. D.

(u) L. 1. Sel.
Qv. c. 25. &
ad §. 34. I. de
rer. divis.

nu. 7.

(w) Vid. L. **impedimentum Legis contingere censebitur**
13. §. 1. de (w). Atque ita quidem Pomponii mentem,
per hær. L. 5. (x) in quâ eruendâ jamdudum arroserunt un-
§. fin. L. 6. §. gves doctissimi Interpretum, resolvi brevius
6. yb. ex inju- posse, existimamus (y).

Th. XIII. Cave intereâ, ne tam firmum
don. int. V. bonâ fide possidentis jus esse putes, ac si nullô
& U. L. 57. unquam casu ab eodem avocari queat. Nam
de A. R. D. & tua quidem bonæ fidei dignatio servanda
§. 36. yb. ja- est, nec tamen fortioris dominii proculcanda
sta causa, I. de R. D.

(x) in L. 45. esse in Nomothesiâ Romanâ, collidentibus in-
de usur. ter se juris regulis, validiorem præferri, de-
(y) Confer. prehendimus; ita eundem procedendi mo-
præter laud. dum in hac acqvirendi pugnâ servare Jcti fa-
AA. Valent. tegerunt. Possessor equidem illâsam præte-
Riemerus xere fidem, & quamdiu verioris Domini jus
Decade 4. latet, omnes omninò fructus facere suos cre-
Qv. 4. ditur.

z) Conf. L. 4. At verò re semel evictâ probabile jus,
§. 2. ibi: *si eos* quò nitebatur interim possessor, illicò perit,
consumserit idemque quasi retrò fructus non- suos fecisse
fin. reg. L. 4. censetur. Unde fit, ut sublatâ causâ dominii
§. 19. de usu- extantes fructus tunc restituendi meritò ve-
cap. §. 2. I. de niant, solis consumptis, utpote quos eò, quò
off. Jud. L. nondum bona fides concutebatur, tempore,
41. §. 1. de re perceperat possessor, eidem remanentibus
judic. Add. (z). Atq; hoc ipsum permovere satis poterat
Bach. ad Publicium, ut contra dominum introductum
Trentl. vol. à se remedium intentari non fuerit passus;
I. disp. 15. th. domi-
II. Lit. D. Dn. Frantz.

ad d. tit. nu. 50. Magnif. Dn. Strauchius, Dissert. 18. ad w. th. 8.



quippe quem minimè fugiebat, præsumptum dominium interventu veri sublatum iri, nec probabilem dominii prætextum ipsà cum veritate simul & ex æquò posse consistere (a).

Th. XIV. Itaq; hætenus fructuum tempore motæ litis extantium revocatio suâ æquitate defenditur. Certè cum naturales per se prodeant, nullò aut exiguo labore possessoris adhibitò, non satis causæ est, cur eos evincenti domino denegare possessor velit. Quamquam, quos industriâ tuâ coluisti fructus, restituere, parum æquum videbatur, quin potiùs lucrari constantissimè debueras. Idq; unicum ferè movisse Donellum (b) novimus, ut quo ad industriales fructus à nobis dissentiret. Sed verò sola superstes culturæ ratio infirmior est, quàm ut bonâ fide possidenti ad retinendos fructus omnimodò possit patrocinari. Satis ille gloriari habet, quod oppositâ doli mali exceptione servare queat impensas & consequi (c): cæterum sublatò jure, quod in solò habebat, frustra jus seminis præ tendit, aut immerenter exclusum se conqueritur. Quinimò vel hoc possessori sufficiat, quòd, si fructus ab aliò sint percepti, illos, tanquam suos vindicandi, & pro utilitate aut suâ, aut familiæ liberè de iis disponendi jus habeat, ut ex postfactò revocabilis illa sit fructuum acquisitio; quippe quæ non tam exercitium qualisqualis hujus dominii, quàm extrinsecam ejus circumstantiam

C

afficit,

(a) L. pen. & ult. de publ. in rem act. Bach. Tr. de Action. disp 3. th. 23.

(b) Libr. 4. C. I. C. cap. 26.

(c) arg. L. 36. §. f. de har. Pet.

(d) Dn. Car-
pov. part. 3.
Const. 32.
def. 29. n. 2.

(e) L. 7. C. de
pet. hær.

(f) L. 22. §. 2.
de pignor.
act. L. 3. C.
de cond. ex
Lege.

(g) L. 44. de
R. V.

(h) Zœf. ad
tit. ff. de A.
R. D. n. 71.

(i) L. 48. de
A. R. D.

afficit. Sed & effluxò triennali spatiò dominus,
fructus vindicaturus extantes repellitur, quod
tunc, ceu res aliæ mobiles, usucapti plenissimè
censeantur (d). Quò ipsò, quàm egregiè bonæ
fidei LL. ierint consultum, nemo non experi-
tur. Planè deterius cum hærede agitur, quip-
pe quem, siue immobiles res, siue mobiles pe-
tentem, post longissimi temporis decursum
demum inauditum relinqui constat (e).

Th. XV. Sed quid opus est hanc in rem fu-
siùs excurrere, cum, sicubi de extantibus ser-
mo sit, hos indistinctè Domino refundi Roma-
na velit Legislatio. Optimè L. 22. C. de R. V.
vitiosè possidentem in hóc bonâ fide tenenti
opponit, quod, sicut is universos; ita hic non
nisi extantes fructus restituat. Ubi quidem
frustrà Donellus est, dum per extantes ibi pen-
dentes intelligi contendit. Præterquàm enim,
quod hi alibi consumtis opponuntur (f), dubiū
nihil est, quin pendentes, quòd reverà pars
fundi existant (g), unà cum re etiam non petiti
transeant in dominum. Igitur operari ali-
quid verba legis, & per extantes perceptos, nec
dum consumtos fructus, connotare præsu-
muntur (k). Fortiori indicio est, quod, dum
alibi de consumtis fructibus agendi facultas
domino denegata legitur, è contrariò extantes
adhuc vindicandi potestas eidem non obscurè
concedatur. Totam rem unius ferè voculæ,
quam sat celebratò locò Paulus injicit (i), ar-
gumen-

gumentum dat expeditam. *Ait Ille; Bona fidei
possessionem fructus ex re aliena percipiendo suos
interim facere.* Non aliam certè ob causam,
quàm ut apposità hâc voce demonstrat, non
solâ perceptione sic fieri fructus bonæ fidei
possessionis, ut avocari ab illò postea nunquam
possint. Neque idem de possessione nostrò
loquens sine pondere particulam penè adje-
cisse existimabitur: *quia, inquit, quod ad fru-
ctus attinet, locò domini penè est* (k). Sit igitur
modus acquirendi perceptio: non certè sim-
plex ac purus, sed limitatus erit (l). Tan-
tùm inchoare perceptio, consumptio demum
consummare acquisitionem, & in esse, quod
vocant, ultimato constitutere valebit. Nec Obst.
L. 26. pr. de usur. cum simil. quas reservamus
conflictui. Dissentit cum Donellò Dn. Unge-
pauer (m), sed cujus argumenta ea, quæ præ-
misimus, satis disjiciunt.

Th. XVI. Sed quid fiet, locupletiore fa-
cto ex fructibus consumptis possessione? Sanè
cùm id operetur consumptio, ne superve-
niens postea audiatur dominus, quidni faciet
eadem, ut lucrum fortean perceptum sibi soli
possessionis reservet? *Ait Paulus, possessionem
fructus quos bonâ fide consumpsit, oportere lucra-
ri* (n); at hoc utiqve falsum esset, si eos, in
quantum ditior evasisset, restitueret teneretur.
Quis enim sine lucrò locupletabitur hacte-
nus? Pugnant inter se lucrari, & tamen ad resti-

C 2

tuen-

(k) Vinu.
d. 1.

l) Wissemb.
ad d. r. th. 22.

(m) Exerc. 50
Qv. 12.

(n) L. 4. §. 2.
fin. reg.

tuendum teneri quempiam. Nec ulla re-
 strictio extat, quã consumptorum acquisitio
 sic limitata conspicitur. Dum enim de con-
 sumptis agi non posse (o), imò & nullam eo-
 rum haberi rationem (p), sat apertè dicitur,
 quid hinc aliud, quàm irrevocabilem inferes
 acqvirendi modum? Quin eò ampliùs actio
 nulla, quã eò modò consumptos fructus lucra-
 ri dominus possit, prodita reperitur. Vindi-
 catio quidem, cum non possideat consumens,
 omninò deficit. Neque hìc locum habet
 consumptorum condictio; quippe quæ vi-
 tiosè tenentem tangit, bonæ verò fidei gna-
 rum nequaquam pulsat (q). Denique fru-
 strà Dominus judicis implorabit officium,
 quod principali actione remotà in accesforiis
 necquiquam instaurabitur (r). Imputet po-
 tiùs sibi dominus, quod consumptionem rem
 vindicando non prævenerit, id circò cum suã
 culpã damnum sentit, id non sentire intelli-
 gitur (s).

Th. XVII. Quamquam autem quæ dixi-
 mus, rationi Juris civilis apprimè convenient,
 æqvitas tamen, quam contraria præ se ferre vi-
 detur opinio, adeò prævaluit jam, ut in usum
 ferè modernum demigraverit (t), adprehen-
 sa ideò communiter à Moralistis, & compro-
 bata quoque Grotio (u). Planè aliud eò jure
 in petitione hæreditatis obtinet (w). Quan-
 tumvis enim & hìc possessor bonam fidem
 habeat,

(o) §. 35. J. de rer. div.

(p) §. 2. J. de offic. Jud.

(q) L. 3. C. de condict. ex Lege.

(r) L. 8. l. ult. de eò, quod c. l.

(s) L. 203. de Reg. Jur. Conf. Vinn. d. L. 1. Qv.

Sel. c. 26. Dn. Frantzk. ad tit. ff. de R. V. n. 63. Dn. Hahn. ad Wesemb. dict. tit. n. 7.

(t) Dn. Carpz. p. 3. C. 32. def. 28.

(u) L. 2. de J. B. & P. c. X. aph. 53. & ibi Magnif. Dn. Ziegl.

(w) L. 25. §. 11. de pet. hæ.

habeat, illa tamen ad fructuum perceptionem
ipsi parùm prodest; non tam quod possessionis
destituatur titulò, quàm quod hæreditatis
id non patiatur indoles. Id enim hæctenus in
eâ peculiare est, quod & pretium in locum rei
succedat (x), & rem fructus adaugeant. Nec
mirum, quòd, cùm benignè satis erga posses-
sorem se exhibeant, in hòc prægravari, & in
quantum locupletior ex fructibus evasit, obfi-
gari eum Jura voluerint (y).

Th. XVIII. Atque sic, quàm largiter
LL. bonam fidem adjuverint, patefactum est.
Sed non æqvè, quem ex postfactò mala fides
incesit, fructuum consolatur perceptio.
Quin & hunc statim ex quò rem alienam co-
gnovit, fructus non suos amplius facere Ul-
pianus (z) pronunciat, cui quidem obstare vul-
gò Julianus creditur, ab evictionis contingen-
tiâ demum possessori fructus abjudicans (a).
Ego Ulpiani mentem nihil muto, quippe qui
ipsam rei veritatem inspexisse putatur, non
malè tamen & Julianum sensisse reor. Quan-
quam enim statim, ut quis rem non suam esse
cognovit, conscientia capiat vitium, & ma-
lâ fide oneretur possessio, non tamen, si neget,
id constabit antè, quàm litem dissolverit sen-
tentia. Quid enim si contradixerit possessor
judici? in dubiò sanè bonæ fidei reputabitur
consciùs, & quoad fructus percipiendos habi-
lis adhuc censebitur. Idque Julianum intel-

(x) L. 21. de
hæred. vend.

(y) Bach. ad
Treult. Vol.
I. D. 15. th.
II. lit. D.

(z) L. 48. de
A. R. D.

(a) L. 25. §.
fin. de usur.

lexisse autumo. Neque enim, postquam supervenerit cognitio, bonæ fidei possessorem esse, sed saltem talem INTELLIGI debere, concludit; haud obscurè innuens; non quem eò ipsò, quod litigat, effectutenus in malà fide poni, nec ideò, quò minus inter iudicii moras jure domini fructus acquirat, prohiberi posse (b). Quamquam si iudiciò hunc superari contigerit, non tam ut non-suos, quàm ex iudicatò debitos restituere videatur (c).

b) Dn. Frätzki, ad tit. ff. de R. V. n. 80 & f. Donell. 4. Cóm. 24.

(c) Dn. Brunem. ad L. 1. C. de petit. har.

(d) arg. L. 6. C. de dol.

Th. XIX. His consequens erit, omninò falli, qui contestatione litis malam induci fidem, indistinctè volunt. Certè nisi calumnia rei manifestò pateat, in dubiò conscientiam, quam primò illam habuit, adhuc retinere eum censeo: cum fiducià juris sui potius, quàm procacitate contendere, quàm cedere malle credendus sit. Nam & perspicuis indiciis mala fides probanda (d), & ea, quæ delictum excludit, interpretatio capienda est. Neque dubium, quin hæc permoverint nonnullos, ut, si vel maximè inter moras litis de jure suò ambigere quis cœperit, nec tunc malæ fidei obnoxium reddi scriberent; tum, quod nemo prope modum tam optimâ fide teneat, cui non de jure suò nonnunquam suboriatur scrupulus, tum, quod fides illa, quâ rem suam quisque credit, non tam apodictica, quàm cum infirmitatis

tatis formidine conjuncta sit (e). Quod quidem in mediò jam relinqvo.

Th. XX. Jamq; quas vices bona fides sustineat, discussum abundè fuit. Juvat porrò in Materiam PACTI DE RETROVENDENDO digredi, quam quidem subtilissimam esse profiterentur omnes, qui hanc introspectere penitiùs. Id primùm supponendum est, hoc paciscendi genus jure suo suffultum satis esse. Ex quò enim unicuiq; de re suà disponere liberrimè licuit, hòc ipsò disponendi modum pactorum vinculis quasi determinare non prohibebatur. Hinc inconueniens visum fuit, eum, qui vel non vendere rem posset, quò minùs restrictè transfèrat in emptorem, obligare, hæctenus nempe, ut revocandi jus omne ipsi foret ademptum (f). Neq; justè approbare hoc pactum Romana potuisset Legislatio (g), nisi ex se licitum esse diceretur. Quinimò Canonicis admisum quoque, extra quam si vel pretii vilitas, vel foenerandi consuetudo, vel alia varietas usurariam labem inferant (h).

Th. XXI. Quò quidem positò, dubium non est, quin ex tali contractu dominium in emptorem transferatur (i). Hòc enim pactò vestita venditio pura omninò & absoluta est, nec inepta adeò, ex quà dominus fiat emptor, existit (k). Dum semel inter partes de pretiò rei transferendæ conventum est, causa jam, ex quà emptori competat dominium, traditione

maxi-

e) Conf. Hillig. ad Don. L. 5. c. 17. lit. A.

f) Dn. Hahn ad Wes. ad tit. ff. de resc. vend. n. 3.

(g) L. 2. C. de resc. vend.

(h) c. 5. X. de empt. & ved.

(i) L. 2. C. de pact. int. E. ac V.

k) Dn. Franzkius Tr. de Laudem. c. 16. n. 28. & seqq. Tiraq. de Retractu convent. §. 1. Gl. 1. n. 33.

(l) L. 42. de
R. J.

(m) L. 3. §. 4.
ff. de acqvir.
poss. §. 14. J.
de act.

(n) Tom. 2.
Resol. c. 2
n. 27.

(o) Carpz. L.
5. Resp. El.
30. n. 9. &
seqq.

maximè subsequutà, sese statim exhibet, nec
eam adjecta pactio immutare valebit, quippe
quæ non tam substantiam contractus, quàm
id, quod extrinsecus circumstat eundem, respi-
cit. Hinc, si rem venditor redimat, non suam
amplius, sed alienam nanciscatur oportet (l).
Propriam namque rem emi posse, & Legibus
ignotum est, & dominii ratio non admittit,
quâ, quod semel nostrum est, amplius nostrum
fieri non posse, edicitur (m). Absurdè redi-
mens restitui sibi fundum peteret, cujus domi-
nium translatum in emptorem nunquam ef-
set. Neque aliud ipsa Nominis natura evin-
cit. Quid enim retrovendam ego, ubi nihil
mihi traditum prius est? non dare potest ali-
quis, cujus dominus nunquam fuit.

Th. XXII. Unde porrò egregia notatio,
quæ rem hanc mirificè illustrat, exoritur. Fit
namque, ut, si pretium postea redimens offerat,
non tam prior rescindi venditio, (secus ac Go-
mezio visum est (n) & ad seclis ejus), quàm alia
de novò contrahi propriè videatur (o). Et
quanquam novâ quâdam conventionem non sit
opus ad hoc, ut retrotradere rem emptor de-
beat, fit tamen, ut quemadmodum ex ipsò con-
tractu pretiò solutò venditor emptori ad rem
præstandam erat obstrictus; ita & nunc vi pacti
semel in continenti adjecti emptor pretium
accipiens ad retrotradendum teneatur, ad
quod, si absq; hòc pacto fuisset, nunquam obli-
gare-

garetur. Dixi: IN CONTINENTI ADJECTI.
Nam tunc cohærentia, quæ subest, id efficit, ut
pactum pro parte contractus accessoriâ habea-
tur, & tantundem ferè, quantum ipse contra-
ctus possit (p). Quæ ipsa ratio, cum cesset in
pactis ex intervallò adjectis, re præcipuè inte-
grâ ulterius non existente, mirum non est, ea
de virtute contractus participare nihil, & in
suâ quasi naturalitate relicta, ad agendum in-
efficacia prorsus esse. Quod ipsum eò profi-
cit, ut, si perfectâ jam emptione res tradita,
& pactum, ut ea retrovendatur, adjectum sit,
postmodum petenterem venditore, emptor
ex intervallò fuisse pactum adjectum, exci-
pere optimò jure possit, quod tamen, si sub
ingressum contractus ad posuisset venditor,
dubiò procul ad agendum ipsi proficeret (q).

Th. XXIII. His consequens est, non
obstante pacto, emptorem rem alienare
intermediò tempore, vel vendendo vel
pignori supponendo, posse (r). Neque enim
impedit pactum, ne omninò non trans-
eat in emptorem res, sed ne irrevocabiliter
ejus fiat, efficit. Quin adeò hæc sibi constat ad-
fertio, ut nec tertium, in quem alienata res est,
venditor convenire possit (s). Nam sicut hoc
pactum rem ipsam non afficit; ita nec posse-
sorem rei sequitur. Aliud in Retrahtu genti-
litiò obrinet: nam ex hoc descendens condi-
ctio non modò adversus emptorem, sed & con-

(p) L. 7. §. 1.
de pact.

(q) Dn. Hahn
ad tit. de
pact. n. 9. in
fin.

(r) Zæf. ad
tit. ff. de Le-
ge comm. n.
12. & 28.

(s) Zæf. d.
tit. num. 13.
Gail. 2. Obs.
16.

D

(r) Dn. Hahn
ad tit. de
resc. vend.
n. 3.

(u) arg. L. 2.
C. de pact.
int. E. ac V.
Dn. Carpz.
p. 2. C. 1. def.
16.

(w) arg. L. 21.
de Reg. Jur.

(x) Vinn. L.
2. Sel. Quæst.
c. 5.

(y) arg. L. 2.
C. d. tit. Pe-
rez. ad eund.
n. 19.

tra quemvis possessorem, quocunque titulo ab
emptore, vel aliunde rem retractui obnoxiam
habentem, competit (r). Sed ne in vanum
abeat hujus pacti robor, actionem ad id, quod
sua interest, rem tertio traditam non fuisse,
contra emptorem habebit venditor (u).

Th. XXIV. Atque hinc quaeritur, an pi-
gnus interim ab emptore constitutum, cum
rem redimit venditor, extingvatur? Res ex
praedictis haud difficulter patet. Dum enim
pure & sine ulla conditione venditio contracta
est, non resolvetur pignus, quod vi domini in
re vendita emptor constituere potuit. Accedit,
quod sibi semel creditor circa rem oppignora-
tam jus acquisiverit, quod quidem restitutione
post insecuta citra injuriam eidem auferri ne-
quit, aut eripi. Et quid si rem alteri vendidis-
set emptor? utique dominium in hunc trans-
tulisset, multo magis & justè rem oppigno-
rasset creditori (w)? At iniquum dicis, rem
cum onere pignoris teneri recipere vendito-
rem? Quinimò paratum est eidem reme-
dium: Vel enim luere pignus, vel quatenus
interest, emptor venditori præstare tenebitur.
Haftenus enim injustum haud est, ut qui
onus constituit, idem quoque dissolvere cogat-
ur (x).

Th. XXV. Ex quibus porro sequitur, fru-
ctus, quos ante retractum consumpsit emptor,
irrevocabiliter hujus esse (y): Quod si enim
bonæ fidei possessor interim, dum fortior non-
dum

dum adest dominus, suos faciendi ac lucrandi fructus facultatem habet, cur eandem, quoad non redimitur res, denegabimus emptori? maximè cum probabili is, alter in ipsa veritate posito dominiò gaudeat. Aliud de fructibus, qui, ubi jam res redimitur, provenire, dicendum est, nempe ut ad venditorem pertineant (z). Hos tamen, ut plenissimè æquirit, ultra pretii oblationem debitorem interpellet, oportet. Tunc enim, quos emptor compensare prius quiverat, fructus, jam lucrabitur securius (a). Neque ferendum id fuit, ut hoc ipsò, quò purificat conditionem, simul & moram induceret quantitatibus oblatio. Igitur ut noviter interpellet emptorem venditor, opus est.

Th. XXVI. Gravior de pendentibus tempore retractus emergit disquisitio. Alii strictum jus sequuti retrahenti hos in totum adsignant (b); alii modum dividendi proportionatè temporis inter utrumque contrahentem, æquitati hæcenus inhaerentes amplexantur (c). Neutra pars rationibus suis destituitur. Quamquam n. fundò distractò, pendentibus unà fructus distracti censeantur (d), non tamen id adsertum hinc locum habere, pars altera dicitur. Dum enim, ait, de novò res venditur, simul ad fructus, qui tunc temporis pendebant, respexisse, & tale, quod æquipolleat iis, pretium contrahentes dixisse censerit; at verò emptorem ex hypothesi pacti semel conventi pretium

(z) d. L. 2. C. d. t.

(a) L. 5. C. eod.

(b) Zoef. d. tit. n. 27. Perez. d. tit. n. 21.

(c) Andr. Fachin. L. 2. cõtrov. Jur. c. 14. Covarr. L. 1. Var. Resol. c. 15. n. 6. & 7.

d) Dn. Carpz. d. l. def. 15.

e) L. 13. §. 10. de act. emt. ac vend.

tempore contractus definitum, si vel maxime fructibus illis pendentibus non respondisse, postea reperiatur, recipere obligatum esse (f).

(f) Confer. Iniquum ergo fore, & fructibus illis pendentibus Emptorem excidere & cum damno ejusdem contra justitiae commutativae regulas distorcere venditorem. Sed nec stricta juris ratio fundamentum caret. Etenim in pacto nostro conditio; SI PRETIUM OBTULERIS; subesse intelligitur. Dum ergo pretium redempturus venditor offert, purificatur illa, sub qua retrovenditio debet celebrari, conditio, atque ita habetur, ac si venditio a principio purcontracta fuisset. Atque hinc, ut perfecta emptione fructus emptori cedunt; ita pendentibus quoque retrahenti, qui purificata conditione in vicem emptoris succedit, debebuntur. In qua quidem subtilissima dispositione acquiesco.

(g) §. 3. J. de empt. vend. L. 7. pr. de peric. & com rei vend.

(h) L. 8. ff. dict. tit.

(i) Dn. Carp. d. l. def. 18. Magnif. Dn. Struve, S. J. C. Exerc. 17. Th. 46.

Th. XXVII. At vero, ut augmentum, si quod rei accesserit forte, interim transcribamus ementi, sat idonea ratio jubet (g). Cur enim, quem detrimentum omne ac periculum sustinere constat, excludamus a commodo, saepe rarius obtingente (h)? Imo vel sola dominii virtus pro emptore loquitur, quae, quanquam revocabilis sit, non tamen, quod minus hactenus emptoris faciat incrementa, impeditur (i). Ex quo etiam fit, quod licet venditor cum re ipsa augmentum repetere possit, hoc ipsum tamen

men non aliter, nisi refuso ejusdem pretio fieri possit (k). Non itaque à Zoefi steterim partibus, alluvionis commodum venditori tantum prodesse adserentis (l). Quamquam enim, (quod ait,) venditor suo arbitrio sibi retrahendi facultatem reservet, illa tamen in præjudicium domini, vi cuius augmentum capit emptor, redundare non debet. Neque LL. quas allegat (m), simpliciter eidem patrocinantur, quippe quæ incrementum emptori non denegant, cum & Is fundum *suum* vocitare possit, ut hunc revocabilem esse nōrit.

Th. XXVIII. Hūc usque in Effectus, qui ex pacto nostrō ab emptoris parte resultant, fuit inquisitum. Jam porrō, quid redempturo præstandum incumbat, dispiciendum paucis est. Illud sanè constat, non nisi pretio oblatō rem adipisci redimentem posse (n). Pacti enim semel initi ratio id non admittit, ut, sicut ad pretium exsolvendum emptor adstrictus erat; ita viciscim ad idem præstandum venditorem non dicamus obligatum, maxime, quod tunc in emptoris locum subintret, nec adeò, quem ille contractum implevit, justè impugnare possit. Neque tamen hōc ipsō, quod oblationem urgemus, præcisè solennem requirimus offerendi modum. Satis enim redimens fecisse contractui putatur, licet nec consignandi, nec deponendi scrupulositas subsequatur (o). Non obst. L. 7. C. de pact. inter

(k) per d. L.
7. pr. d. tit.
(l) ad tit. de
pact. int. E.
ac V. n. 28.

(m) L. 7. §. 1.
de A. R. D.
L. 28. de R.
V.

(n) L. 2. C. de
pact. int. ac
V.

(o) L. 2. C.
eod. & Pe-
rez. ad eund.
lit. n. 16.

(p) L. 3. fam.
hercisc. L.
41. §. 1. de u-
fur.

(q) L. 207. de
R. J. Add.
Dn. Carpz.
d. l. def. 27.

(r) d. l. def.
19.

ob. D. l. 1. (a)
35. III. B. 1.

(s) Zæf. d. l.
num. 16.

(t) Idem d. l.
num. 17.

(u) Dn. Car-
pov. d. l.
p. 1. n. 4.

Empt. ac vend. Sed partem pretii justè recu-
sabit emptor, cui invito obtrudi nequit partis,
vel naturalis, vel civilis solutio (p). At quid
fiet de impensis? Has emptori refundi æqui-
tatis hætenus jubet ratio (q). Utut revenden-
ti id, quod ex speciali pacto solvit, unà cum pre-
tio restituendum non esse, cum Carpzoviò
dixerim (r).

Th. XXIX. Non existimes tamen, offe-
rentem indistinctè audiendum esse. Quid
enim, si ex pluribus venditoribus parte pretii
oblatà redimere velit unus? Certè non æquè
partem rei emptor eidem retrovendere tene-
bitur; maximè si cum omnibus pactum fue-
rit initum. Nam & emptio una est, quæ se
pro parte dissolvi non patitur, & in damnum
ementis partis sæpè vergit distractio. Sicut
ergò pro parte non erat empturus; ita nec
pro parte retractare contractum emptor co-
gendus est (s). Planè unò venditorum inte-
grum pretium offerente, nihil causæ est, cur
rem cedere recuset emptor. Tantùm enim
pretium sibi solvi desiderat, quò quidem unde-
cumq; receptò, injuria, quâ traditâ parte rei,
potuisset affici, prorsus cessabit (t). Idem ta-
men Emptor sibi melius consulat, si ut caveat
redimens de retrovendendo partem socio,
apprimè curaverit. Nam ita & socium à se
retracturum partem eò securius repellat (u).

Th. XXX. Tantam autem oblatio pretii,
si ritè

si ritè peracta, vim habet, ut, si rem tradere possit, revendere præcisè teneatur emptor, nec interesse præstando liberetur (w). Semper enim, (quod dictum), conditio; Si pretium restituerit redimens, hinc contineri intelligitur. Hinc igitur oblatò, illa retractiva emptio purificatur omninò, & ac si pure contracta esset, vicissim emptorem ad rem tradendam obstringit. Quæ quidem cum favori vendentis inserviat conditio, in odium ejus retorqueri non debet (x). Neque, ut secus statuamus contrahentium animus admittit. Dum enim, redimens pretium refundit, hinc ipsò recuperare rem, quam initiò vendiderat, intendit, quippe quam nisi hinc mente fretus, nunquam in emptorem transtulisse præsumitur. Igitur adjuvanda potiùs contrahentium voluntas, quam contrarià interpretatione evertenda est (y).

Th. XXXI. Disceptatur interim de modò recursus, nempe ipsò jure, an factò homini dominium ad venditorem redeat? At ipsa Retrovendendi vox litem propemodum dirimit. (z) Nam cum omnis venditio factò contrahentium expediatur, idem in hinc retrovendendi conventionem concurrat oportet; quippe quæ non tam hoc agitur, ut prior resolvatur, quam nova quædam ineatur venditio. Tradendo rem venditor emptori quæsit dominium. Idem emptor retrovendendo dominum faciat vendi-

(w) L. 25. §. 1. de contrah. empt. L. 2. C. de pact. int. E. ac V.

(x) Dn. Frantzk. Exerc. Justin. 11. Qv. 1. n. 72.

(y) Arius Pinellus ad L. 2. C. de resc. vend. part. 2. n. 22. & 16.

(z) Zæf. ad d. tit. nu. 19. Perez. ad eund. tit. n. 18.

(a) L. 2. C. de
pact. int. E.
ac V.

(b) Vid. th.
24.

(c) Mantica
Tract. de tac
& ambig.
convent. L.
4. tit. 2. nu.
64. & seqq.
Dn. Carpz.
P. 2. C. 1. def.
16. Andr.
Fachin. L. 2.
controv. c.
15. &c.

(d) ad laud.
tit. num. 22

•venditorem, necessum est. Quid facit, quod
actio tantum personalis ex pacto nostro vendi-
tori contra emptorem competat, (a) manifesto
indicio, ipsò jure ad primum venditorem non
rediisse dominium, cum ipsa potius rei succe-
deret vindicatio, personali exclusà. Quid quod,
si ipsò jure dominium reversum in vendito-
rem dicas, hoc ipsò emptorem ad restitu-
endum fructus, quos percepit interim, injuriosè
adstringis, quorum tamen plenissimum eidem
jus jam supra transcripsimus (b)?
Th. XXXVII. Fingas autem, ita pactos
fuisse contrahentes, ut restitutio pretio res sit
inempta? Communiter adserunt (c), contra-
ctum ipsò jure resolvi, & rem absque traditio-
ne in venditoris recurrere dominium, hacte-
nus, ut & vindicare hanc possit, maximè quod
tunc proprià quasi naturà deposita in vim Legis
Commisoriæ degenerare hoc pactum videa-
tur. Fundamentum illi in qualitate verbo-
rum collocant: Vel enim, ajunt, pactum hujus-
modi verbis directis, aut verbis obliquis cele-
bratur. Priori casu dominium ipsò jure rever-
ti ad venditorem; posteriori secus esse. Quid
quidem an Juri nostro congruat, cum Zoësi
addubitaverim (d). Non enim, ut traditio-
ne dominia tantum transeunt, ita ut resolan-
tur eadem, nuda conventio sufficit. Et quis
credat, solius verbi directi, (quò scilicet vendi-
tio pro infecta habetur,) adpositione immu-
tare

tare formas pactorum contrahentes posse?
Non à verbis, sed ab intrinsecâ pactorum
naturâ est, quod personalem actionem pariant
(e), quam privatorum evertere non valet dis-
positio. Et quanquam alibi (f) fundò eâ lege,
ut, si displicuerit, sit inemptus, comparatò, re-
solvi contractus dicatur, non tamen id ipsò
jure fieri exprimitur, quin potius redhibitoria
conceditur actio. Nihil obstante quoque L. 7.
C. de pact. int. empt. ac vend. quippe quæ qui-
dem descriptam ita verborum conceptionem
continet, de effectu tamen hujus, & modò re-
solvendi nihil injicit. Contrarium tamen tritu-
ra fori amplexa est, & plurium calculus com-
probavit.

Th. XXXIII. Sed ne conventionis vio-
letur fides, & redempturum venditorem em-
ptor eludat, ex venditò eidem agendum erit
(g). Ita enim Legibus firmissimè cautum, ut
alia ex pactis in continenti contractui adjectis
non competat actio, quàm ea, quæ ex ipsò de-
scendit contractu (h): tum, quia quasi pars
sunt ejus contractus, cui adjiciuntur; & con-
sequenter non habebunt actionem à totò di-
versam: tum, quia rationis haud est, ut con-
tractus, ceu actus principales, pactis, quæ ac-
cessoria sunt, substernantur (i). Sed verò non
leve dubium movet L. 2. C. d. tit. ubi & præscri-
ptis verbi agi posse, disertè dicitur. Egregia
inspectio! Si enim competat præscriptis ver-

e) Vid. Bach.
ad Tr. V. 1.
D. 28. th. X.
Lit. C.

(f) L. 4. C. de
ædil. act.

(g) L. 2. C. de
pact. int. E.
ac V.

(h) L. 79. de
contrahend
empt. L. 6. §.
1. de act.

empt. L. 11.
C. de pact.
L. 7. §. 5. eod.

(i) Dn.
Frantzk. ad
tit. ff. de con-
trah. empt.
num. 411. &c

Arum. Disp.
3. ad Pand.
th. 10.

E

bis

(k) Ita Magnific. Dn. Strauch. Diff. 12. ad *reud.* th. 11.

(l) L. 2. & 3. de *præscr.* verb.

m) Wesenb. Disp. 11. ad *reud.* th. 34. Dn. Franzk. ad dict. tit. n. 416. Vinn. de *paçt.* c. 11. n. 6. Zoef. ad tit. de retr. convent. n. 4

(n) L. 12. de *præscr.* verb. & L. 6. de *resc. vend.*

(o) L. 2. C. de *don. quæ sub modò, cond vel temp. confic.* Magnif. Dn. Struve. S. J. C. Exerc. 40. th. 20. &c.

bis actio, necessum, concedamus, virtute pacti, non contractus nasci. Hactenus enim nova est (k). At ex pacto non datur actio. Ergo nec præscriptis verbis. Porro: actio illa tum competit, quando nulla alia actio superest (l). Quid ergo. Nempe, cum pactum de retrovendendo ad rescindendum contractum porrigatur, non immerito dubitatum fuit, an pars contractus esse & actio ex hoc competens locum habere videretur (m). Itaque securius creditum fuit, utramque adplicare venditori, ut, si vulgaris deficiat, innominatâ saltem is experiatur. Atque hoc ipsò textibus nonnullis (n), de simili ferè specie tractantibus, ut opinior, fiet satis.

Th. XXXIV. Discussâ jam Pacti hujus essentiâ, & inspectis effectibus, *pactum de retrodonando* restabit evolvendum paucis. Nonnunquam enim donationi tempus adponi conspicimus, quò subortò ad donatorem illa revertatur. Quod quidem Pactum non unius est generis, nec modi ejusdem. Vel enim, ut post annum ad donatorem recurrat donatio, vel, ut post donatarii mortem revertatur ad eundem, convenitur. Prior adjectio certum, posterior incertum tempus subjicit (o). Neque ulla ratio, cur id facere prohibeatur quisquam, occurrit. Quidni enim, dum ad aliquid alteri gratuitò præstandum me obligo, terminum simul, intra quem subsistat obligatio, alterò maxime.

mè consentiente, præstituerè valeam? Hactenus autem pactum illud cum priori coincidit, quod utrobique rei donatæ transeat in acceptantem dominium. Hinc fructus interim perceptos, & quicquid domini jure censetur, donatarius lucratur, ut, quæ de superiori dicta sunt abundè, adplicare hùc propemodum non prohibearis.

Th. XXXV. Cavè interea, ne pactum revocandi & retrodonandi temerè inter se confundas. Distincta enim utriusque natura, neque, effectus idem est. Revocatio namque donationem semel factam rescindit & totum statui pristino negotium reddit. At verò pactum de retrodonando, donationi adjectum, non rescindit eam; aut alterat, sed donatarium tantum ad novam donationem obstringit, atque hòc ipso priorem donationem confirmat, quæ in validâ, ut de novò retrodonetur res, haud foret opus. Hinc fit, ut rescissâ donatione fructus jam perceptos retrodonare donatarius teneretur, quos ille jure domini retinet (p).

Th. XXXVI. Haud præpostere his *Lex Commisoria* subnectitur. Quamquam enim in Modò recursus discrepent non nihil, quoad domini tamen transitum omninò conveniunt (q). Nam & fructus interim, dum non committitur in legem, Emptori cedunt, & rei Is interitum sustinet (r). Quorum utrumque arguit, ex venditione, hâc lege celebratâ domi-

D 2

nium

(p) Dn. Carpov. L. 5.

R. 61. n. 16.

17. 18. & seqq.

(q) Dn.

Frätzk. laud.

Tract. de

Laudem. c.

17. n. 117. & s.

(r) L. 2. inf.

L. 5. ff. de

Lege cõm.

(s) L. 1. d. tit.
ibiq; Zœf.
n. 4.

(t) Vinn. L.
2. Sel. Qv. c.
J. Bachov.
ad Treutl.
Vol. 1. Disp.
28. th. 9.
L. D.

(u) L. 5. dict.
tit.

(w) L. 4. §.
1. d. tit.

(x) L. 4. §.
fin. d. tit.

(y) arg. L.
21. de const.
pec.

nium in emptorem fuisse translatum. Utut
autem pura inspectio initiò illa venditio habea-
tur, hanc tamen sub conditione resolvi placuit
(s). Quò fit, ut non soluta ad dictam diem quan-
titate non res ipsa modò, verùm & quod acces-
serit, ad venditorem revertatur, prorsus quasi
nūquam quicquam inter contrahentes
actum & dominium ullum translatum esset.
Atque hinc, ut conditio suspensiva existens re-
trò ponit, quasi ab initiò purè contractum fuis-
set; ita resolutive retrò tollit, quasi primùm ni-
hil emptoris factum foret (t). Inde contingere
necessum est, ut vel fructus, quos intermediò
tempore perceperat emptor, contractu sic re-
solutò restituere venditori teneatur (u). Fieri
enim non potest, quin, dum pretiò non oblatò
rem, aut fructus rei retinere contendit em-
ptor, cum venditoris damnò cupiat evadere
locupletior; Nisi quod & fructus cum parte
pretii exsolutà compensari, æquitatis hactenus
ratio postulet (w).

Th. XXXVII. Non autem, ut diè certò,
quò solveretur pretium, adjecto, interpellet
emptorem venditor, opus est: Protinus enim
adveniens diès monet emptorem, quid eum
præstare conveniat, si se commissoriarè Legis po-
testate exsolvere, quàm eidem subicere ma-
lit (x). Ut tamen modicum tempus, intra
quod præparare solutionem emptori liceat,
relinquatur, venditoris exigit humanitas (y).
Sed

Sed quid si Lex commissoria dicta, non adposi-
tò die, veluti: Si pretium non solverit emptor,
res inempta esto? Et quanquam omisa diei ex-
pressio, quò minus resolvatur contractus, nec-
quicquam impedit (z) hactenus tamen ne antè
in pœnam moræ emptor, quàm venditor in-
terpellaverit, incidat, benignè prodesse vide-
tur [a].

Th. XXXVIII. Non igitur Pacti hujus
commissorii effectus usquequaque se exserit.
In arbitriò enim venditoris est, utrum exerci-
tiò ejusdem, rem cum fructibus & accessoriis
avocando, uti liberè, an pretium exigendo hoc
omittere malit (b). Nam cum favori venden-
tis hæc pactio militet, eidem renunciare non
prohibetur (c). Et aliàs emptor moras ne-
ctendo posset in sui commodum efficere, ut
fundus inemptus esset (d). Quid ergò fiet,
pretium petente venditore? Certè hòc ipsò,
se confirmare contractum velle, declarat.
Quinimò si vel partem ejus, aut usuras quoque
vendedor exigat, à commissorià recessisse vide-
bitur (e), quòd consistere simul nequeant, ex
contractu quid petere, & eundem tamen ha-
bere pro infectò (f).

Th. XXXIX. Quamvis autem satis be-
nignè in hòc agatur cum venditore, illud ta-

D 3

men

(2) Zœf. ad
tit. ff. de Le-
ge comm.
n. 7.

(2) arg. L. 29
in f. de V. O.
& ibi Cujac.

(b) L. 2. L. 3.
L. 6. pr. §. 1.
de Lege
com. m.

(c) L. pen.
C. de pact.

(d) Francis-
cus Mantic.
de tac. &
ambig. con-

vent. L. 4
tit. 29. n. 9.
& f.

(e) L. 4. C. de
pact. int. E.
ac V. L. 6. §.
2. de Leg.
commis.

(f) Dn. Bru-
nem. ad L. 4.
C. de pact.
int. E. ac V.
Mantic. d.
tit. 29. n. 19.

D. Carpzov.
p. 2. C. 33.
def. 22.

(g). L. 4. §. 2.
de Leg.
comm.

(h). L. 2. C.
de pact. int.
E ac V. L. 2.
de lege
commisf.

(i) Zæfi, ad
dict. tit. n. 5.

(k) arg. L.
fin. yb. vin-
dicari, de
Lege com.
d. 4. C. de
pact. int, E.
ac V.

(l) L. 4. pr. d.
tit.

(m) d. L. 5.
Add. Vinn.
de pact. c.
11. n. 9. in
fin.

men vicissim hunc premit incommodi, quod altero electo remedio, variare amplius, & ad hoc, quod seposuit semel, redire nequaquam possit (g). Neque enim admittendum fuit, ut, quod emptor electione sibi quaesitum jus habet, variatione venditoris eluderetur. Id vero hactenus in pacto hoc singulare est, quod, dummodo contractui sit in continenti adjectum, ipso jure dominium, si die praestituta pretium non solvatur, in venditorem redeat (h). Et quanquam ex prima traditione in emptorem transeat dominium, venditione tamen semel ad nihilum redacta, traditionis non amplius durabit effectus, quin potius, licet vere res emptata sit, retrò tamen solutio contractu pro non emptata habebitur (i).

Th. XL. Huic demum consequens est, Venditorem, quod semper penes ipsum mansisse fingatur dominium, vindicare rem posse (k), ut ut nec actione ex vendito experiri prohibeatur (l). Sanè cum resolvatur ipso jure, quod diximus, venditio, addubitatum maxime fuit, an venditi competitura foret actio. Sed verò, quia utiq; semel intercescit contractus, & intermediò verè tempore substitit, sat praegnans hæc visa fuit ratio, ut venditi actionem competere, Severus & Antoninus Impp. constituerent (m). Atq; hæc sunt, quæ de REVO-
CABI-

CABILI DOMINIO, quoad per vires licuit,
promere haecenus volui. In plures ejusdem
species excursurum temporis excludit & angu-
stia, & propositi festinatio revocat. Tu inte-
rim Benigne LECTOR, quæ meditati
sumus in præsens, boni con-
sule.

S. D. G.



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



05 A 2263

ULB Halle

3


003 782 328



V077







Q. D. B. V.
DISCURSUS INAUGURALIS
De
DOMINIO
REVOCABILI,

Quem
AUTORITATE
MAGNIFICI AC NOBILISSIMI JC. ORDINIS
IN ALMA LEUCOREA
PRÆSIDE

VIRO
NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, EXCELLENTISSIMO,
ATQUE CONSULTISSIMO,
DN. CHRISTOPHORO RITTERO,
J. U. D. INCLYTÆ FACULTATIS JURIDICÆ ASSESSORE
GRAVISSIMO, CURIÆ ELECTORALIS, NEC NON
CONSISTORII ECCLESIASTICI ADVOCATO
ORDINARIO, &c.

PATRONO AC PROMOTORE SUO ÆTERNUM
HONORANDO
PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS
RITE AC SOLENNITER CAPESSENDIS
PUBLICO EXAMINI SISTIT

FRANCISCUS WILCKA *Schweser*
CURIA-NARISCUS.
IN AUDITORIO MAJORI,
HORIS ANTE- ET POMERIDIANIS,
AD DIEM XVI. OCTOBR.

WITTEBERGÆ, Literis MICHAELIS MEYERI, Ann. 1669.